

主顯節後第三主日

綠色 二等

詠 96 : 7 , 8 , 1

Adoráte Deum, omnes Angeli eius:
audívit, et lætáta est Sion: et
exsultavérunt filiæ Iudæ. Dóminus
regnávit, exsúltet terra: læténtur
ínsulæ multæ. Glória Patri,

Omnípotens sempitérne Deus,
infirmítatem nostram propítius
réspice: atque, ad protegéndum nos,
déteram tuæ maiestátis exténde. Per
Dóminum nostrum.

羅 12 : 16 – 21

Fratres: Nolíte esse prudéntes apud
vosmetípsos: nulli malum pro malo
reddéntes: providéntes bona non
tantum coram Deo, sed étiam coram
ómnibus homínibus. Si fieri potest,
quod ex vobis est, cum ómnibus
homínibus pacem habéntes: Non
vosmetípsos defendéntes, caríssimi,
sed date locum iræ. Scriptum est
enim: Mihi vindícta: ego retríbuiam,
dicit Dóminus. Sed si esuríerit
inimícus tuus, ciba illum: si sitit,
potum da illi: hoc enim fáciens,
carbónes ignis cóngeres super caput
eius. Noli vinci a malo, sed vince in
bono malum.

詠 101 : 16 – 17

Timébunt gentes nomen tuum,
Dómine, et omnes reges terræ
glóriam tuam. Quóniam ædificávit

進臺詠

天主的眾天使，願所有的神祇，
你們要朝拜祂。都俯伏在祂面前
叩首。熙雍聽見了便喜笑，猶大
各城高興歡躍。上主為王！願大
地踴躍，無數島嶼，也都要歡樂！
願光榮歸於父.....。

集禱經

全能永生的天主，求祢憐視我們
的軟弱，伸出祢全能的右手來保
護我們。因我們主.....。

書信

弟兄們：彼此要同心合意，不可
心高妄想，卻要俯就卑微的人。
不可自作聰明。對人不可以惡報
惡，對眾人要勉勵行善；如若可
能，應盡力與眾人和睦相處。諸
位親愛的，你們不可為自己復仇，
但應給天主的忿怒留有餘地，因
為經上記載：『上主說：復仇是
我的事，我必報復。』所以：
『如果你的仇人餓了，你要給他
飯吃；渴了，應給他水喝，因為
你這樣作，是將炭火堆在他頭
上。』你不可為惡所勝，反應以
善勝惡。

臺階詠

上主，萬民必敬畏祢的聖名，
普世列王必敬畏祢的光榮。因

Dóminus Sion, et vidébitur in maiestáte sua.

詠 96 : 1

Allelúia, allelúia. Dóminus regnávít, exsúltet terra: læténtur ínsulæ multæ. Allelúia.

瑪 8 : 1 – 13

In illo témpore: Cum descendísset Iesus de monte, secútæ sunt eum turbæ multæ: et ecce, leprósus véniens adorábat eum, dicens: Dómine, si vis, potes me mundáre. Et exténdens Iesus manum, tétigit eum, dicens: Volo. Mundáre. Et conféstim mundáta est lepra eius. Et ait illi Iesus: Vide, némini díxeris: sed vade, osténde te sacerdoti, et offer munus, quod præcépit Móyses, in testimónium illis. Cum autem introísset Caphárnaum, accéssit ad eum centúrio, rogans eum et dicens: Dómine, puer meus iacet in domo paralýticus, et male torquetur. Et ait illi Iesus: Ego véniam, et curábo eum. Et respóndens centúrio, ait: Dómine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestáte constitútus, habens sub me mílites, et dico huic: Vade, et vadit; et alii: Veni, et venit; et servo meo: Fac hoc, et facit. Audiens autem Iesus, mirátus est, et sequéntibus se dixit: Amen, dico vobis, non inveni tantam fidem in Israël. Dico autem vobis, quod multi ab Oriénte et Occidénte vénient, et recúmbent cum Abraham et Isaac et Iacob in regno cœlórum:

為上主必定要重建熙雍，且要顯現於自己的光榮中。

亞肋路亞

亞肋路亞，亞肋路亞。上主為王！願大地踴躍，無數島嶼，也都要歡樂！亞肋路亞。

福音

那時候，耶穌從山上下來，有許多群眾跟隨他。看，有一個癩病人前來叩拜耶穌說：「主！你若願意，就能潔淨我。」耶穌就伸手撫摸他說：「我願意，你潔淨了罷！」他的癩病立刻就潔淨了。耶穌對他說：「小心，不要對任何人說！但去叫司祭檢驗你，獻上梅瑟所規定的禮物，給他們當做證據。耶穌進了葛法翁，有一位百夫長來到他跟前，求他說：「主！我的僕人癱瘓了，躺在家裡，疼痛的很厲害。」耶穌對他說：「我去治好他。」百夫長答說：「主！我不堪當你到舍下來，你只要說一句話，我的僕人就會好的。因為我雖是屬人權下的人，但是我也有士兵屬我權下；我對這個說：你去，他就去；對另一個說：你來，他就來；對我的奴僕說：你作這個，他就作。」耶穌聽了，非常詫異，就對跟隨的人說：「我實在告訴你們：在以色列我從未遇見過一個人，有這樣大的信心。我給你們說：將有許多人從東方和西方來，同亞巴郎、依撒格和雅各伯在天國裡一

fílii autem regni eiiciéntur in ténebras exterióres: ibi erit fletus et stridor déntium. Et dixit Iesus centurióni: Vade et, sicut credidísti, fiat tibi. Et sanátus est puer in illa hora.

詠 117 : 16 , 17

Déxtera Dómini fecit virtutem, déxtera Dómini exaltávit me: non móriar, sed vivam, et narrábo ópera Dómini.

Hæc hóstia, Dómine, quæsumus, emúndet nostra delícta: et, ad sacrificium celebrándum, subditórum tibi córpora mentésque sanctíficet. Per Dóminum nostrum.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Qui cum unigénito Fílio tuo et Spíritu Sancto unus es Deus, unus es Dóminus: non in uníus singularitáte persónæ, sed in uníus Trinitáte substántiæ. Quod enim de tua glória, revelánte te, crédimus, hoc de Fílio tuo, hoc de Spíritu Sancto sine differentia discretiónis sentímus. Ut in confessióne veræ sempiternæque Deitátis, et in persónis proprietas, et in esséntia únitas, et in maiestáte adorétur æquálitas. Quam laudant Angeli atque Archángeli, Chérubim quoque ac Séraphim: qui non cessant clamáre cotídie, una voce dicéntes:

起坐席；本國的子民，反要被驅逐到外邊黑暗裡；那裡要有哀號和切齒。」耶穌遂對百夫長說：「你回去，就照你所信的，給你成就罷！」僕人就在那時刻痊癒了。

奉獻詠

上主的右手將我舉擎，上主的右手大顯威能。我不至於死，必要生存，我要宣揚上主的工程。

密禱經

上主，祈望在此所奉獻的犧牲，洗淨我們的罪愆，並聖化你僕役們的身心，準備他們善行聖祭。因我們主……。

聖三頌謝詞

主、至聖的父、全能永生的天主，我們時時處處頌謝祢，實在是正義而必須的，屬於我們天職，也為我們的得救。祢與祢的獨生子及聖神，只是一個天主，一個主；不是單獨的一位，而是三位的一體。因為我們依照祢的啟示相信祢的榮福，我們無區別地也同樣確認祢的聖子，也同樣確認聖神共享這個光榮。為此，我們明認聖三真實而永生的天主性：論位，我們敬拜聖三的各一；論體，我們敬拜聖三的無二；論尊榮，我們敬拜聖三的均等。這聖三的尊榮，是眾天使和總領天使們，普知天使和熾愛天神們所虔誠歌頌的；他們日復一日，永不休止地

路 4 : 22

Mirabántur omnes de his, quæ
procedébant de ore Dei.

Quos tantis, Dómine, largíris uti
mystériis: quæsumus; ut efféctibus
nos eórum veráciter aptáre dignéris.
Per Dóminum nostrum

同聲高呼唱：

領主詠

眾人都稱讚祂，驚奇天主祂口中
所說的動聽的話。

領聖體後經

主，你既恩賜我們得享偉偌大的
奧蹟，求你使我們實能沾受這奧
蹟的恩效。因我們主.....。